

## Band I., Nr. 210, Seite 248-249

*König Heinrich II. bestätigt dem Bischof Walther und seiner Kirche zu Speyer das Marktrecht in Marbach und verleiht ihm das Recht Münzen daselbst zu schlagen.*

Duisburg, 1009. März 17.

In nomine sancte et individue trinitatis. Heinricus, divina favente clementia rex. Si ecclesiarum dei loca alicuius incrementi dono sublimare studuerimus, nobis id profuturum esse minime dubitamus. Quapropter omnium nostrorum fidelium, tam presentium quam et futurorum, industrie notum esse volumus, qualiter nos, per interventum Burchardi, Wormaciensis episcopi nobis dilecti, ob anime nostre remedium, et ad relevandam<sup>a</sup> ex parte Spirensis ecclesie inopiam, Uualthero, eiusdem sedis episcopo, regia et preceptali auctoritate confirmamus mercatum in pago Murrensi, in comitatu vero Adelberti comitis, in villa Marbach, cum banno nostro et omni publica functione sive vectigalium exactione, tradentes ei insuper cum banno nostro licenciam ac liberam potestatem in eadem villa faciendi monetam, forma, pondere et puritate Spirensium sive Wormaciensium denariorum, ad destruendas in circuitu falsas monetas. Ea quippe ratione, ut predictus Waltherus, Spirensis episcopus, sui que successores de praenominato mercato, banno, sive publica functione atque moneta, ceterisque eorum utilitatibus, dehinc liberam habeant potestatem quicquid eis placuerit faciendi, omnium hominum contradictione remota. Et ut hec nostre confirmationis sive donationis auctoritas stabilis et inconvulsa omni permaneat tempore, hoc preceptum inde conscriptum manu propria corroborantes, sigillo nostro insigniri iussimus.<br> <br> Signum domni Heinrici regis invictissimi.<br> <br> Guntherus cancellarius vice Uuillegisi archicapellani recognovi.<br> <br> Data XVI. kalendas Aprilis, indictione VII., anno dominice incarnationis millesimo IX, anno vero domni Heinrici secundi regnantis VII. Actum est in Duisburge feliciter in dei nomine. Amen.

---

Das Original fehlt. Abdruck nach dem *Codex minor Spirensis* vom Ende des 13. Jahrhunderts, fol. 47, im GLA Karlsruhe. Eine Abschrift auch im ebenda verwahrten *Codex maior Spirensis* aus dem 15. Jahrhundert.

---

<sup>a</sup>Der Codex liest fälschlicherweise *revelandam*.

## Überlieferung und Publikationen

**Lagerort:**

GLA Karlsruhe

**Signatur/Titel des Originals:**

67/448 fol. 47 r

**Editionen:**

CARL GEORGE DÜMGÉ: Regesta Badensia. Urkunden des Großherzoglichen Badischen General-Landes-Archives von den ältesten bis zum Schlusse des zwölften Jahrhunderts, die im Drucke bereits erschienenen nach ihrem wesentlichen Inhalte mit Anzeige und kurzer Wür, S. 97, Nr. 38. MGH DD H II, S. 224 f., Nr. 190.

**Regesten:**

KARL FRIEDRICH STUMPF-BRENTANO: Die Reichskanzler vornehmlich des 10., 11. und 12. Jahrhunderts, nebst einem Beitrage zu den Regesten und zur Kritik der Kaiserurkunden dieser Zeit, 2 Bde., Innsbruck 1865-83. [Bd. 2: Die Kaiserurkunden des X., XI. und XI. , Bd. 2, Nr. 1512. Regesta Imperii Abt. 2, Bd. 4, S. 954, Nr. 1698.

## Weitere Angaben

**Sprache:**

Lateinisch

**Ausstellungsort:**

Duisburg

**Ortsindex:**

Duisburg-Mitte, Duisburg, DU<br> Marbach am Neckar Wohnplatz (1036)<br> Marbach am Neckar, LB<br> Murrgau<br> Speyer, SP<br> Worms, WO